



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

12. Ruggierius & Almeida Cechianensem Prouinciam intrant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

Etandum, audiendumque produceret. Laudabant initio amici consilium nobile; Prudenti postea domi nostræ cum primoribus Mandarinis, suspectum id illi fecere viri graues, & fidi, ob seueritatem legum in externos, & discrimen perdendæ in aula gratiæ: quamobrem illo quo ad aulam quidem consilio abstiecit; sed Ruggerium decreuit vsque Sciaochinum perducere, suam & Lincitani patriam in Prouincia Cechiana: quatuor-virum priori quibus suas regendi credebatur vices imperauit, solenni diplomate commearum illi tribueret liberum per Huquanam, Chianensem, & Cechianam Prouincias; verum Ruggerius admodum prudenter Almeida nomen tanquam discipuli & sequacis suo curauit adiungendum. Mox ne tempus daret mutandæ facultatis, Quanceum descendit vt secum Almeida tolleretur quem bimestri spatio in Cechianam Prouinciam induxit, factumque Deo propitio vt Quancei, Lincitani fratrem reperiret, quem concilianda ipsi in graui negotio Lusitanorum ope, ita sibi obstrinxit, vt sua secum nauis Sciaochinum vsque cum Almeida illum deucheret, applicuere illuc intra diem quartum & sexagesimum per amænissima fluuiorum, qui Sinarum fecant mediterranea, cum die Nouembris vigesimo anni 85. Quanceo abiissent. Coeterum longo illo tractu nullum aut carceris, aut ignominie discrimen experti sunt, quod minati fuerant amici, sed ab inhumana Cantonis Prouincia quo magis recederent, eò urbanius, & benignius habebantur; quacumque verò terram attigissent, prodigio erant multitudini statim confluenti, haud quidem odioso, sed gratæ, & attonitæ nouitatis. Ruggerio tamen singularem Deus, & crebram obtulit gaudendi materiam: visitabatur à Præcipuis Mandarinis, gestiebat illos Cathesismum habere præ manibus, quem cum Riccio concinnarat, rogabatur an esset eius author? an ex magno aduectus Occidente ad infotendum Sinis inuisum eatenus & ignotum, veræ ac salutari doctrinæ solem, nempe Deum esse, & quidem vnum; signenta dæmonum, omnia simulachra; quæ, ait, nonnulli cum dicerent simul in lachrimas soluebantur; negabant alij se vnquam pro Deo quenquam adorasse, præter vnum Tiencium, quamuis illum obscure ac velut in nebula, ex veteribus suis monumentis, conspicerentur magis quam cernerent, iam aperta in luce libri illius eum agnoscebant; sed scire auebant aqua illa quæ esset, potens animi expiatrix, eamque illi speciem conferens, quam Deus ipse suo amore dignaretur, de Baptismo scilicet doceri optabant, de quo Catechismus sub finem agebat, quam animorum comparationem cum alijs quoque Ruggerius in Prouincijs comperisset per quas iter facere contigit, magnas iam inde Chiaochini, conuersiones Literatorum animo præcepit, & eò maiores, quò viterius tenderet, vbi subtiliora semper ingenia, primum illud religionis fundamentum erant libentius admissura.

Verbs est Chiaochinum in Prouincia Chianensi, si minus dignitate, ac pulchritudine singularis, ciues habet comitate morum eò cultiores,

12.
Ruggerius &
Almeida Ce-
chianensem
Prouinciam
intran.

11.
Sciaochinũ
vrbs quillse

Q